



Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

Hesiodi poete Grecorum
liber: per Nicolaum de
Balle cōuersus e greco
in latinum.

MAGISTER GREGORIVS LATI
cephalus de Konitz Lectori.

Ex agro celebres vrgentur viuere reges;
Vixit fœcundo maximus orbis agro.
Atteritur vomer/tum sudat taurus aratro/
 Ut domini digitis aurea dona gerant.
Agricole innumeras ducūt et in horrea fruges;
 Cuncta suis pascant oppida pulchra cibis.
Fœlix diuitias fidis qui congerit aruis.
 Haud nugis quenq̄ decipit ille suis/
Sed claros soles/largum iam postulat imbrems;
 Constanti diuos orat & usq̄ prece.
Aruorum cultus Ascrea natus in vrbe
 Hesiodus docuit, lector anuande legas.

IOANNIS HONORII : CUBITENSIS

Prefatio in librū Georgicorū He siodi Ascrei.

Diodorus subi-
to a musis fas-
cius poeta.

Asca Diodori
patria.

Alla translatio
Ascarā rus mise-
num penes hic
Delicona coles-
bat hiberno di-
rū triste cftu op-
tabile nunc.

Laus agricul-
ture et agricō-
larum.

De Aglao pro-
prio iegē va-
lenū Marimā
li. 7 ca. 1. et Pli
mū l. 7 ca. 46.

b
Diodorus fuit poeta antiquissimus: Dñ filius ex Pythia de-
vore: quē oues patris in Paro monte pascere mose
rapuisse dicuntur: ac poeta fecisse munere calamoru. qd
datus li. fastoriū vi. terigit cū ait Ecce deas vidi: non qd pres-
ceptor: grandis: Cilderat. Ascreas cū sequeret oues. Idē in arte amādi
Non mihi sunt vise Clio Clivis sorores Seruant pecudes vallibus
Asca tuis. Et Vergilius in buc. inq. Nos tibi dant calamos: en acci-
pe muse Ascreo qd ante sens: quibus ille solebat: Lançando rigidas
deducere montibus omos. Eius patria fuit Asca vicus Boerie ad
Deliconē: quā ipse improbaruit: vocans diram brem: cftu: ac
nunq̄ optabilem. Dulcius in Ponto Esset perpetuo sua qd vitabilis
Asca Aisa est agricultura musa docere sens. Unde et ipse Diodorus in
hoc opūstulo de genitore suo loquēs sic ait: hic mens ille quidē geni-
tor dum pauper egeret Errabat: maria alta secans fluctusq; profun-
dos Ille olim colida Eumā: atq; ea litora a linquens Appulit buc nō
spe lucri cōmotus auara: Durū opus exercere iniusta vigebat egestas.
Illi vagus demū prope tempe Deliconia sedem Ascarā tuocuit: cfti
in regione molesta Frigore nunc nūm̄: nūc intollerabilis estu. Hic
fuisse temporibus Homeris orēdit Bellius ex epigrammate qd apud
Deliconē in tripode musis Diodorus ipse discarat. Hic poeta ad Per-
sen fratre scripsit lib:ū quē appellauit opera et dies. Ubi docuit quē ad
modū agri: et quibus temporib; colendi essent. et adeptus est pals-
tiā in medio dicēdi genere: ut Quatiliano videt: licet Vergilius eū
superasse putet in Georgicis: autore Scruo. primus certe Diodorus
metricē scripsisse dicif de agricultura: que sola est ex qua questus Rabī
lissimus honestissimusq; consequit: minimeq; inuidiosus: quā Aristo.
in Deconomico potissimum sūmā naturā possessionū cōmemorat. Quocir-
ca olim Delphicus Apollo Aglaū Propbodium dixit esse felicissimū:
qui parus quidē prediolūm colebat: sed annuis vicibus large suffi-
ciens: ex quo nunq̄ egressus ferebat. Unde Vergilius tam vere qd cle-
ganter li. ii. Georgicorū ait D fortunatos nūm̄ sua si bona norit Agri-
colas: quibus ipsa procul discordibus armis Fundit humo vītrū faci-
lem iustissima tellus. Et ab Horatio in carmine Spodo decennissime
dictum est Beatus ille qui procul negotiis Ut pīsca gens mortalium
Paterna rura bobus exercet suis Solutus omni senore. Preterea si
ne agricultoribus nec consistere mortales nec ali posse manifestū est.
Quā ob rem qui rura coluerūt plām et vītem vitam agere credeban-
tur. Omnia cfti reram ex quibus aliquid acquisit: nihil est agricultura
mellus: nihil vberius: nihil dulcius: nihil libero homine dignus. De
agricultura igit tam laudata: tamq; frugifera: scripsere permulti: quo-
rum bonā partē Therēt̄ Clarro: qui rem rusticā expoliuit nolat. Pli-
nus aut̄i xiiii. et Columella li. primo scribit qd Diodorus princeps
omnium de agricultura p:cepit. Quē securis Vergilius in Georgico
carmine ait Ascre nūm̄ cano Romana per oppida carmen. Scripsit
etiam Diodorus Georgoniam et quedam alia.

¶ In libro Georgicorum dicitur. Dimidiatum esse plus toto. Quid per hoc intelligi voluerit. Declarat Philippus Beroldus Bononiensis vir clarissimus in appendice amotamentorum in duodecim cesares Sues tonum tranquillum dicens. Nestodus in libro cui titulus opera et dies verum hunc posuit Ignorat stolidi quod toto sit medium plus. Dissoluens qua questio est cuius intentione fecit Cellius lib. xvij. noctium acti. Accidens reliquit explanari quid Nestodus se dicere sensat: cum dimidiū plus toto esse dicit: quod cōmuni plane sensui videtur reluctari. Plasato lib. iij. de legibus planissime explicat hoc ambagiosum. Scribēs res cōfissime dicta esse ab Nestodo. Dimidium plus est quod totum. quando uidebet totum comprehendere norum est. Dimidium vero temperante se habet. Hinc intelligi voluit. Moderatum immoderato plus esse: ut pote melius deterior. Docetq; principata moderate construendū esse: et ad mediocritatem redigendum. Idem lib. iij. de rep. laudans vitā moderatā tamen optimā. Nestodium illud sapienter dixisse cōmemorat. Dimidiū plus esse quod totum. Consimiliter Aristoteles lib. iij. politiorum. Dimidium esse plus toto docet: ex eo q; gubernatio temperata durabilior est et melior: quod impotes et immoesta. Ideoq; Prodicillides bonus opauit multa: mediocribus optina: et ipse mediocris esse voluit in ciuitate. Idem Aristoteles proficeret mediocritatem et mediū esse optimum: mediocrisq; fortune bonoris possessionē aut optimā omnium esse ep̄istimandam. Idem in Ethicis Clitentes mediocritates esse tradit. Ex quod colligitur medium et moderatum optimū esse in vita degenda: et plus quod totum apperendū non me p̄tererit aliter ab aliis Nestodi verum exportare solere. Sed nec Platonica a nobis et Aristotelica intersp̄eramenta magis probant: cum eruditiora sint et veriora. Nec ille. Qui dām differunt Nestodium contendisse carminibus cum Homerū: suisq; vicis: et quod indicat tripos positus ab Nestodo cum hoc epigrammatis te Nestodus donum dedit hoc spectabile munus: Dūlūm cōnū cum Calcidie p̄icit Homērum.

**Quid intelligi
voluerit Deo-
dus cum scripsit
dimidiatum pio-
tore.**

**Doderat me
Ius timmodera-
to.**

Uirtutes medie ocritates.

*Desodus cum
Domero cars-
minibus cōten-
dūsc dicitur.*

Final Prefations.

epidemias portu nimirum pone olim dñe et nos iusti-
ciam agnoscimus. Optime bonis operibus et deinde
et amorem. quosque sicut per pacem filii paternas daga et bre-
viter. Omnesque huiusmodi ab antiquo et proximo tempore
invenimus. ne accidat prout in inservient. et quod si
ritus vel liturgia eiusdem populi nostro non ut videtur
alio. ergo cum omnia sint in uno iugumate invenimus
eiusmodi. sicut videtur eorum. Deinde agnoscimus
tempora invenimus. unde plingit hispidam donum dicit
Hoc spectabilis missio. Unde cum non videntur nisi go-
metrum narrant hispidum supra stirpem. cunctis ad
eo sunt res factum et primus fuit in eis. Unde deinde
velut grandis stirps. sed apparet intermixta et deinde a
qua sumptuosa non. Deinde. Unde cum illis qui rurum
habent habent eas maxime. grandissimas quo hispidas. Tali
enim sunt quae sunt fortiori confabuntur. et propter aquilinum
rendendo.

PIO. II. PONTIFICI MAXIMO
NICOLAVS DE
VALLE.

I' vacat Enea rerum dignissime Presul:
Grataq; sunt animo carmina nostra tuo
Perlege que quondam dulci modulatus auena
In Latios ausus vertere Græca modos.
Ascrei inspites ~~illustri~~ ~~metra~~ poetæ
Græcia quo quondam floruit Hesiodo.
Hec fuerant (fateor) plectro meliore canenda;
Hic opus ingenij quippe senilis erat.
At quia nonnullos tam magna superbia vates
Eleuat: ut nullo græca in honore putent:
Sum tamē hoc ausus bisseptem & quattuor annis
Dum mea labuntur lustra trahente dea,
Sumpsimus & tenues græcorū e fontibus haustus:
Mixtaq; cum græco lingua latina fuit.
Quicquid id est ad te vatum clarissime vates
Mittimus/esclaro non minor ipse deo:
Suscipe: & Hesiodum placido complectere vultus
Hic quoq; iuditio stetq; cadatq; tuo,

LIBER PRIMVS.

HESIODI POETE GEORGICON ER ga Kañmerai.i.opera & dies Liber Primus

p Ierides muse quarū viget inclitā cantu.

Fama ducū et yestri dec⁹ imortale parētis

Dicite cur hominū pars hec sine nomine vitam

Ducat & illius cur fama æterna per altum

Euolet hec Louis est magni diuina voluntas.

Ille etenim altitonans summi regnator olympi

Excitat imbelles animos & fortia corda

Debilitat duce quo fortuna inimica superbos

Deprimit atq; humiles clarum super æthera tollit.

Tum mala mens hoīs meliore inclinat ad usum

Et cupiunt molles crudelia pectora cultus.

Exaudi quicunq; polo specularis ab alto!

Cui nihil ignotū est: sanctissima dirige iura

Iusticię liceatq; mihi fraterna monere

Pectora: & ignotos viuendi ostendere mores.

Sunt gemini in terris quibus altercant in vnu

Mortales causas varia que mente trahuntur.

Vna quidem studium laudabile sedula curat.

Altera crudeli reruni depascitur haustu;

Bella cupid/pugnq; exercet iniqua tumultus;

Inuilm atq; atrox pestis genus/hanc tamen ipsi

Mortales fugiunt/tandemq; volentibus hanc dñs

A iii

GEORGICORVM HESIODI

Exoptant/ nequeuntq; huius cohibere furores.

Illam aut prius obscure genuere tenebre.

Sed rato meliore pater Saturnius illam

Et generi humano/ Et terrę radicibus imis

Imposuit/ segnes artus & inertia corda

Excitat, alter enim segnis cui vita manebat

Alterius spectans cumulos, m̄dra nulla/bouefq;

Iungit/ & impresto terram diuertit aratro.

Sive domū curat/sive inserit/alter ad artes

Vicinum vicinus agit, laudabilis hec est

Pugnandi ratio.fugienda sed altera/ sub qua

Inuidet aut figulus figulo/ aut egenus egeno/

Sive faber fabro/dulcisq; poeta poetę.

Hec meā dictā precor toto capē pectore Persę

Nec te crebra foro speculantem iurgia vulgi

Auocet a studijs pugnandi inimica voluntas.

Nemo forum sequitur quē nō fouet annua messis

Et bene clausa domi Céreris gratissima dona/

Hec querendā prius/dehinc/si vacat/ i pete vulgus

Et fera in alterius rebus certamina pone.

At non illud ages iterum gerthane/quod olim

Ausus es infelix, litem hanc data iura resoluent,

Scis quondam inter nos patria est partita facultas

Attū nil iusta multum plus parte vereris

Exponit quae in rībus eius operari posse
videtur, temporis a missione, et
tempore insuffigendo.

LIBER PRIMVS.

Tecum efferre rapax.corruptus munere iudex

Ille tuo est; sub quo tota hec sententia pendet/

Ignarus/non nouit enim q̄dultius/aut q̄

Sit medium tōto melius/seu viuere malua

Vtlius/quantum dulci seū viuere porro

Hos veterum victus occultauere superni/

Inq̄ polo retinent coelestes,tempore quorum

Sat fuit vna dies tenui exercenda labore.

Vna quiescenti tibi,dehinc alimēta parabant

Annuā,func poterant temonis robora fumo

Exploranda dare,& nulli iuga curva premebant

Terga boum/nullum hemiones sensere laborem.

Hos voluit faciles viuendi abscondere mores

Ira Iouis/cum se deceptum fraude Promethei

Sensit;& illius causa mortalibus auxit,

Curarum moles/subreptumq̄ abdidit ignem.

Reddidit hunc iterum terris/curuaq̄ latentem

Subripuit ferula caut̄ puer ille tonanti

Iapetionides iacto qui fulmine gaudet

Lusit fraude sua,subitam tamen arsit in iram.

Hec pater effatus/nubis collector aquosq̄

Iapetionide/cuius prudentia cunctos

Consilio excellit/magnum spreuisse tonantem

Arte tua gaedesq̄ dato mortalibus igne.

GEORGICORVM HESIODI

Heu nociture tibi/generi nociture futuro.

Tale mali genus excutiām quo pectore toto

Exultent homines cupidi sua damna ministrent.

Subrisit fatus diuum patet atq; hominū rex

Vulcanum aspiciens/atq; illi talia mandat/

Vade celer speciem et terra mixtoq; liquore

Confice mortalem/cui vocem & robora iunge.

Sitq; ea virgineē coelestis imago puellę

Quā sibi quisq; velit/dea quā doctissima Pallas

Instruat/& varias percurrere pectine telas.

Adjiciatq; capiti facilem Verus aurea fornham/

Curret ut assidua stimulata cupidine corpus.

Interpres superum victor Cyllenius Argi/

Fallacemq; addat mentem & fallatia verba.

Dixerat: imperio Iouis arduit equa voluntas

Cœlicolum exemplis fingis Vulcane puellam

Virginis ora deę similem/quam glauca Minerua

Cinxit/& ex omni fulgentem parte poliuit.

Hinc etiam Charites/etiam celeberrima pytho

Aurea candenti posuere monilia collo/

Effuseq; cornas horti de flore coronam

Vernali tribuere.tamen attica Pallas

Illam precipuo forinę decoravit honore/

Et superum interpres victor Cyllenius Argi

LIBER PRIMVS.

Fallacem attribuit mentem & fallacia verba.
Sic pater altitans diuino iussorat ore,
Quando quidē dederat sua munera quisq; deorū:
Mercurius merito Pandoram nomine dixit:
Exitiale malum mortalibus & fera pestis.
Postq; aut tantus confecit Iupiter astus:
Mercurium ad magnū iubet ire Epimethea / dono
Cui ferat hāc. qui nī veritus: precepta Promethei
Cepti / & accepto nouit sua dampna Epimetheus.
Nam prius humano generi secura manebant
Tempora: nulla mali species aut cura laboris
Morborumq; genus / tristem qui funeris atrī
Corripuere viam / quibus omnis frangitur ætas.
Viuere dulce fuit. quadam sed tegmen sub verna
Dum Pandora leuat / totum exiliere per orbem
Curarum infeste effigies. spes sola remansit
Intus / & elabris imma sub parte resegit
Obstigit impositum nam tegmen abire voleat.
Sic qui fulmen agit nubis collector aquose
Iussorat. innumere etiam mortale vagantur
Per genus infande species / quibus æquor & omnis
Terra infecta tumet / morbi noctesq; diesq;
Spoate sua sine voce ruunt. nanc; ab Iove summo
Ablata est illis quecumq; potentia fandi.

GEORGICORVM HESIODI

Sic impunie parenso offenditur ille deorum.

Si vacat o frater si non audire recuses:

Ordine plura canam genus immortale creatum.

Ac mortale simul credendum est aurea pri nūm.

Secula dñ superi totum sparsere per orbem.

Tempore quo cœli imperiū Saturnus habebat:

Tunc homines diuum viuebant more nec illos

Anxia curarum moles operumq; labores

Cassabant aberat tristi cum mente sehectus:

Semper & in valido regnabant corpore vires:

Nulla mali labes conuiua leta placebant:

Mors similis somno fuit atq; uberrima tellus.

Omnia liberius nullo cogente ferebat.

In commune bonum nec quisq; inuidit habenti.

Q; m̄ fœlix ætas erat omnibus vna voluntas:

Et taciti letos soluebant pectora in usus:

Aurea postq; hominū paulatim defuit ætas:

His pater altitonans meritos adiunxit honores.

Sub terris habitare dedit qui numina facti:

Et genus humanū sancte quoq; iura tuentur:

Iusticie tenebris circumfusiq; peragrant.

Terrarum fines & opes mortalibus augent.

Proxima successit terris argentea proles:

Auro deterior sensuq; & moribus impar,

*Facta finum fuit
cure*

*Argentea
facta aurea*

LIBER PRIMVS.

Tunc sibi quisq; sue fecere sub vbera matris
Otia mortales; paulatim adoleuit in annos
Ingenij nude principiū/quo decolor ætas
In proprijs etiam laribus rude pectus agebat.
Aucta tamen postq; ad summum peruererat ætas
Viuendi breuius spatum fuit, anxius ardor
Curarum incubens aderat/quas improba mētis
Gaudia fecerunt/alterna iniuria nunq;
Destitit: & nulla in superos reuerentia/nulos
Sacrorum ritus ætas argentea vidit.
Hanc deus extinxit/meritā flammatus in iram:
Postq; hominū occoluit argentea secula tellus.
Non tamen illorum sine nomine vita recessit:
Sub terrisq; dei sedes coluere secundas.

3 *Ærea*

Tertia post illam successit ænea proles.
At nihil argento similis/driadumq; creata
Sanguine:dūra quidē robustaq; pectora tendens/
Tota feri misero Martis feruebat amore.
Nulla quies illi: nullum ius.durior ætas
Ipso adamante fuit/vultu metuenda superbi/
Cui nunq; inuictum robur/fortesq; lacerti
Defuerant humeris:tunc ærea tela/dostusq;
Omnis ihære labor/non ferri emerserat usus.
Hec aut proprio proles consumpta furore

GEORGICORVM HESIODI

Ad gelidi loca nigra dei sine honore recessit

Et quanq; extiterit in uicto robore ab atra

Morte tamen vicia est: solis lumenq; reliquit.

Postq; aut occulta est/ atq; ænea corruit ætas/

Quarta fuit soboles melior/cui plurima toto

Iusticie herabant animo precepta verende.

Dinium genus heroum/ primumq; vocari

Semidei/ immensos illi potueré per orbes.

Hos infants amor Martis: belliq; nefandi

Ardor: Agenoride septem prope nomenia Cadmis

Aedipode imperij causa consumpsit/ & alti

Hos maris vndisoni fluctus/ cū pergama classes

Argolice peterent. vbi pallida mortis imago.

Desuper incubuit/ dum iusto viciscitur ene

Tindaris. hos etiam totodiuisit ab orbe

Iupiter: & vite meliorem tradidit usum

Elysiosq; dedit colles habitare profundi

Litus ad oceani/ fœlix & sancta propago.

Hic tibi verna humus/ vbi dulcia poma quotamis

Tergremio effundit nutrix uberrima tellus.

Ovtinam non me quinta cum stirpe creassent

Fata: sed ante mori/ seu post licuisse torri.

Ferrea nunc ætas/ quam euræ & mille labores.

Nocte dieq; premunt. paulatim illius instant

LIBER PRIMVS.

Exilio sic dñs placitū sed prospēra tanto
Fata etiam venient aliquando in turbine rerum
Nec minus hec infanda hominū delebitur ætas.
Cum matura annis illorum tempora cani
Inficiant crines natis nec vt ante parentes
Nec patribus nati similes: nec ab hospite tutus
Hospes erit sanctū corrumpent fœdus amici.
Et furet arma ciens inter discordia fratres.
Effe
Viue honoris inops hominū properata senectus.
Nec pudor effractos senio obiurgare parentes
Infoelix soboles legem & precepta deorum
Nesciet: inuálido non hēc alimenta parenti
Iusta suo reddet quid emī q̄ iniqua rapaces
Appetet usq; manus vrbes & mœnia narrenq;
Alterna deleta manu iurataq; fallent
Numinai iusticiæ nulli tribuentur honores.
Pulsa gemet bonitas: illum venerabitur orbis
Cui mala mens suadet fera crimina tota iacebit
Tota quidē orbato tecum reverentia vultu.
Odea iusticiæ soboles en improba ledet.
Si probus villus erit quē contra insurget/iniqua
Voce furens/fictum affirmans: alitrixq; malorū
Inuidia/incedet fatali turbida vultu.
Protinus humanas sedes Ascrea relinquet/

B

GEORGICORVM HESIODI

Diua suo pariter tendet reverentia cursus
Ad superos/nitido velataq; corpus amictu.
Mille recedentes ille mortalibus ægris /
Non cessanda tamen/rerum mala semina linquet,

At nunc te moneam/quanq; sapis omnia/iudeas
His intende animū sed quid iuuat ista monere?
Stultus/maiori quicunq; resistere tentat
Vincitur & magno poenas subit inde pudore,
Sic ego sum tanq; volucris quā prenderit astur/
Pensaq; sublimes agitur philomena per auras/
Hęc dolet infelix vngui transfixa recurvo.

Quā contra horribili raptor sic intonatore/
Quid misera exclamas/te multum fortior astur
Te premit/huc ad sis quo te meus egerit ardor/
Et quanq; bene/suaue canas/mihi cena futura es
Si lubet/aut dimissa iterum remeabis in auras/
Sic fatus tacuit pennatus & impiger astur,
Tu modo iusticiam cole/nullaq; iniuria Perfę
Tecum habitet/fatale gerit secum illa:nec illam
Villus amat nisi mens cui vilis & improba surgit.
Vir bonus hanc inferre timet/quam si intulit/acti
Poenitet;& magno contristat corda dolore.
Est via iusticię melior/qua vincitur omnis
Omnis ad extremū veniens iniurius ardor,

Reufur.

LIBER PRIMVS.

Quid dicam q̄ nunq̄ aliquid dementia noscit
Ni modo passa prius. si quis male iura ministrat
Peierat / & tandem dementi panditur error.
Eripe iusticiam. corruptus munere iudex
Ius violat / dolet hec / & nulli visa per urbem
Tristis it / & lachrymans poenam mortalibus orat
Qui violent iura / & recti sacra foedera rumpunt,
Verum vbi iusticię sancti seruantur honores /
Iudicioq̄ pares & ciuis & aduena pendent /
Vrbs viget / augetur soboles / pax leta vagatur /
Pax iuuenum nutrix / nunq̄ his fatalia bella
Preparat altitonans / nullis in rebus ægestas
Imminet / in quenq̄ nulla est offensio / dulci
Quos iuuat interdum genio alleuiare labores /
Terra quibus large fundit sua semina / & alte
Montibus innatae mittunt sua munera quercus
Glandifere in summo / media tñ arbore missant
Vnidicq̄ apum ingentes acies / vestemq̄ ministrat
Lanigere pecudes / per se magis omnia florent.
Non his externas merces vehit ardua puppis
Omnia dat tellus. quid enim q̄ iuncta marito
Et patribus similes emittit fœmina partus?
Non datur hoc quibus illa placet violentia furis /
Hos ad supplicium vocat alti cura tonantis.

B. n.

GEORGICORVM HESIODI

Sepe subit pœnas plebs tota miserrima tantum
Vnius ob noxam/pestis furit atra per urbem/
Et male suada fames/paulatim deficit omne
Vulgus/& euacuos ostendunt tecta pœnates.
Fœmina nulla parit.sic sequit Iupiter erga
Quos male facta iuuat:qui si modo forte cruentū
Militiæ exercent studium/mora nulla/sinistro
Marte cadunt.vel si potius iuuat ire per altum/
Illorū in medio submergitur obruta puppis.
Vos igitur qui iura datis conuertite mentes
Ad tales hominū pœnas.divina potestas
Mortales circumvolans/videt improba quorū
Iuditia emergunt multorū in damna:deumq;
Ignorant monitus/genus huj mortale pererrant
Innumeri/tenebris circumfusiq;/euentur
Iusticiæ sacra iura/domant genus omne malorū.
Illa quidē virgo est supero Ioue nata parente
Nomine clara suo/cetuq; verenda deorum.
Quā si quis violet.lachrymans sua fata /parentis
It Iouis ante pedes/& lamentabile fundens/
Humanos queritur mores/ac debita poscit
Supplitia in populos.tu iudex causa malorum
Qui violas sacra iura deç/iam dirige mentem/
Ius cole/in alterius te nulla pecunia vertat/

LIBER PRIMVS.

Damna: nocet sibi qui cuiq̄ nocet/& male sudet
Ille sibi in quenq̄ si quis male iura ministrat.
Cuncta videt pater omnipotēs/& qđ mihi tecū est
O iudex/modo si lubeat/speculatur ab alto/
Nil latet hunc/aut hoc quales tribuant honores
Iusticię in populo.quam non ego pectore toto
Nec mea progenies coleret/postq̄ orbe sub isto
Spreta iacet bonitas/& ius iniuria vincit:
Inuitio Ioue ni fierent.hec accipe frater:
Hec animo meditare:iniustum pone furorem/
Ius quoq̄ frater ama/sine quo genus omne ferarū
Credimus alterno certatim corpore pasci.
At nos instituit vitę melioris origo/
Iura dedit pater omnipotens/ea pectore toto
Si quis habet/decus æternum/pia premia reddet
Iupiter affligit si quis pro teste vocatus
Peierat/ac merito pensatur culpa nocentis
Supplilio.offendens ius ille offenditur vna/
Ex quo obscura quidē/nulli quoq̄ cognita surget
Posteritas.iusto de sanguine nata propago
Clara caput tollet/patrio seruata decore.

Hec quoq̄ quę referā stultissime cōcipe frater.
Q̄ m̄ facile innumeras vitiōr̄ amplectimur artes
Huius peccati illa habitat: brevis est via qua sit eundū

GEORGICORVM HESTIODI

Est via virtutis contraria/sudor anhelus
Hanc sequitur/que se scopulosis ardua cliuis
In longum prorumpit iter/riget aspera primo
In gressu/leuis est postq; cacumina tanges.
Optimus hic se se qui nouit cuncta magistro/
Prospiciens rerum fines meliora sequuntur
Dignum laude virum parentem recta monenti
Credimus ille tamen sibi qui non consulit/aut qui
Alterius precepta fugit/vir inutilis extat.

Ergo age frater ades generoso e sanguine Perse:
Non fuge fratnos monitus operare laborem.
Inuideat tibi dira fames/spicag; recenti
Alma Ceres ornata caput sua dona ministret:
Sit tibi plena domus, segnem crudelis ægestas
Opprimit/hunc homines odio superiq; sequuntur
Torpenti similem fuco/cui spicula surgunt
Horrida/distensumq; fanis consumit edendo
Semen apum:piger ipse sedet/vitatq; laborem.
Tu modo curā operi/quantū potest adiice frater:
Horrea sic rumpunt messes/sic copia rerum:
Sic pecus augetur/sic tu mortalibus aut diis
Gratus eris, segnes animos & inertia corda:
Oderunt, operi laus est imponere curam
Turpe sed huic prohibere manus, incunbe labori.

LIBER PRIMVS.

Forfitan ad studium torpentia pectora vertes
Dum partas ostendis opes. virtutis adeptus
Nomen / & aeternum laudis decus. utere queſo
Arte / para victum / violare aliena nefandum eſt.
Fac superis equandus eas. incunbe labori /
Nec pudeat: pudor hic multos in honestus egentes
Secum habet. auget opes fidutia / q̄ melior res
A superis / non vi. proh rerum infana cupido /
Proh animis infusa lues. iam nulla pudoris
Cura / iacet paſſim longe post terga relictus /
Tu coleris / duce te paulatim corruit ille
Dijs inuiſus homo / cui mens intenta rapinis
Inuigilat. neq; enim ſemper fœlitia durant.
Nec minus omnipotens poenis affigit eisdem
Qui feruum offendit / vel qui sanctissima frangit
Fgderam amicitię / ſeu qui cum coniuge fratris
Non pauet infandos coitus fraternus adulteri /
Vel qui in pupillos audet vim ferre nefandam /
Vel qui in longeum confecta ætate parentem
Horribili voce insurgit / vix abſtinet illi
Verbera / non impune tamen / ſtat poena nocenti /
Post obitum. depone igitur tam falsa ſuperbe
Mentis confilia: & melioribus utere queſo.
Thure pio yenerare deos / his tempore in omni

GEORGICORVM HESIODI

Et mundo & pure liba/cum clara nitescet
Sole dies/aut cū nox circumfusa tenebris
Abscondet terras/causto torrenda sub igne
Hostia mactetur/hymnos cane: thura ministra
Vt tibi dñ foueant/immensaq; copia rerum
Hinc tibi nascatur/multis vt e gentibus ipse
Subuentias/non vt viuis germane rapina.

Conuiuas inter si vis discubere/amicus
Non hostis veniat, primū vicinia nam si
Aduersum quicq; acciderit/de more reperire
Primū illa accurret, que si sine vestibus esset
Nuda etiā veniet/quod non tibi sanguine iunctus
Non ager/iste sibi veste~~s~~ & omnia ponet.
Improba damno~~fa~~ est vicinia/sed proba si sit
Vt ilis hec igitur cupienda est pectore toto
Tang~~q~~ laudis opus, neq; enim lamenta refundes
Amisisse bona~~ma~~/proba si vicinia tecum est.

Acceptum metire/& eodem ponderare redde
Vicino/tibi ut hic iterum succurrat egeni.

Res male parta mala est dāno~~fa~~q; semper ab illa
Ergo carie/ne te vincant in amore sodales
Illiū adreas qui te/fac mutua munera reddas.
Sponte datum cupias/scelus est letale rapina.
Quicunq;(& si magnū) aliquid largitur amico

LIBER PRIMVS.

Letatur, quicunq*uis* iacit de fronte pudorem/
Et rapit alterius quicq*uis*/intima turbat amici
Visceraq*uis* & mentem/cui vis illata rapinæ.

Adde parū paruo/paruo superadde pusillum
Fiet & hoc magnū/infelix p^{re}elletur ægestas
Si modo rem cūmules/hominē nec ledit habere
Cuncta domi/nocet esse foris,q*uod* dulce bonūq*uis*
Presens accipere/atq*ue* absente carere molestum est.
Tunc bene potandum cū plena effundit ab aluo
Vina cadus/tunc parcus eriscum parte lyeus
Defluite media/fed cum declinat ad imum
Spumantes iterum cyatos & pocula sume.

Quicquid pollicare homini seruetur amico.
Si quicq*uis* cum fratre tibi est testem adiice rebus
Subridens/nocuit non credere/credere semper.

Neue tuā alliciat meretrix caue foemina mente
Rem totam vorat illa:nimis dum blanda videntur
Heu q*uod* damnosum mulieri est fidere cuiq*uis*.

Rem patris acceptā melius fouet vnicus hæres:
Auget & hanc, at tu plures in morte relinque
Ex te ortos/nam plura pater Saturnius illis
Attribuet,fed te si cecus tangit habendi
Ardor adhuc/fragilisq*ue* placet tibi gloria rerum/
Hec age que moneam/& varios operare labores.

GEORGICORVM HESIODI
LIBER SECUNDVS GEORGICO
RVM HESIODI.

C Vm celo emergūt sublimi ab atlātide nate
Pleyades/truncāda Ceres/moriētib⁹ illis
Mitte in arātra boues.latitare ea sydera dicunt
Viginti/totidemq⁹ dies/annoq⁹ voluto
Apparent iterum/maturam incidere messem
Rursus & incipiunt dentata falce coloni
Hanc legem agricole/atq⁹ habitantes littora seruāt
Aut qui pingue solum/vallōsiq⁹ recta tenerent.
Nudus ara/nudusq⁹ sere/& mete corpore nudo;
Si tempestiuos agrorum ducere cultus/
Augeriq⁹ illos magnis successibus optas.
Neue aliena roges interdum pauper egenus.
Q , si ad nos supplex iterum fortasse redibis
Non iterum dabimnus.iuuet exercere labores
Improbe(quos inter mortales diua potestas
Sortita est)ne tristis inops cum coniuge mœsta
Aut cum natorum misera comitante catena
Viētum a vicino rogites,dare negligit iste
Bis seu ter fortasse dabit/dehinc si petis ultra
Profities nihil:at tu plurima verba refundes/
Orabisq⁹ iterum/frustra tamen:artibus vt te
Iampridem admonui inuigila/atq⁹ incunbe labori

LIBER SECUNDVS.

Dura fames procul hinc abeat tua debita solue.

Imprimis tibi conde domum/ pretioq; ministram

Dehinc eme/quā possis custodē adiungere bobus

Pone domi toto quantum tibi sufficit anno.

In rebus spes est alienis irrita; nam si

Hic dare forte neget/tu semper pauper egebis.

Tempora labuntur/operum quoq; deficit usus.

Ad cras rem differre nocet/nunq; horrea nunq;

Impiet iners aut qui tempus producit habenda est

Cura operi turgescit opus, mala mille molestant

Affliguntq; hominē cui segne & inutile corpus.

Cum bene se posuit rapidi vis ignea Phœbi/

Ac pater omnipotens fœcundis imbris æther

Desilit in terras/& languida membra resumunt

Iam pridē amissas æsti uo in tempore vires

(Nam breve sol hominū supra caput astat ab alto:

At de nocte magis currus exercet agendo)

Tunc operum multo ante memor/discinde securi

Siluam incorruptam/tunc germina definit arbos

Fundere: datq; suas volitare per aera frondes/

In tres tende pedes mortaria/contineat tres

Pistillus cubitos/pedibus quoq; confice septem

Temonem/qui si fuerit protentus in octo

Hinc tibi malleolus crebro formetur in ictus/

GEORGICORVM HESIODI

Palmarumq; trium rota sit: varijsq; reponere
Ligna efficta modis/validamq; in montibus altis
Quere: vel effuso campi super æquore/ primum:
Ac stiuam compone: manum qua firmet arator:
Temonem cuneis dentaliç; alliget imo:
Torqueat & fortis illa durante iuuenos.
Binaq; preterea tectis seruentur aratra
Sic melius.nam si casu discinditur vnum:
Restat adhuc aliud/validos agitare iuuenos.
Temonem ex vmo seu viridi confice lauro:
Stiua sit ex pinu.dura dentalia quercu.
Duc in aratra bouem nono qui viuat in anno/
Apta ætas operi matura est; franget aratum
Bos iuuenis/minitans iuuenili prelia cornu;
Et rixam exacuens/opera imperfecta relinquet.
Quere quater decies annorū ætate bubulum/;
Quadrifidus panis & ofellas cefus in octo:
Sit cibus huic.recto sulcabit vomere terram
Si maturuserit.studium intermittet arandi
Iunior:aspiciens pares ætate colonos
Ibit ad hos iudos quos ciet lasciuia iuuentus.
Ergo non melior inuenis/nec semina verfe
Spargit humi quantum terre mensura requirit.
Contemplare etiam cum grus e niuibus altis

LIBER SECUNDVS.

Affiduos agitat clangores/nuntiat imbre
Venturāq; hyemem/tempusq; indicit arandi/
Angit & illius mentem cui nulla boum spes/
Tunc redeant feni plena ad presepia tauri/
Tūc p̄prios operare boues & plaustra, sed inquis
Non habeo/dabit hic facile est petere atq; negare.
Mentis inops alius/quid enim cōponere currum
Tunc volet ignarus/non nouit quantus in illo
Sit labor/& centum compagibus insita lingna/
Que debent multo ante domi prouisa repōni.

Preterea cū tempus adeſt rescindere campum
Fortius insitas operi/exercere ministros/
Nam vertēda duplex tibi ſicca atq; humida tellus,
Vere nouo veniant celeres ad aratra iuuenci/
Fertilis & feruens culmus procunbat arista,

Neu te decipiat cum ſemina colligit ætas.
Sit noua cui ſtudeas tellus/nec arata quotannis.
Terra recens large natis alimenta parabit.

Plutonē imprimis venerare/atq; annua ſacræ
Vota refer Cereri/cum ſtive innixus agendo
Incipiſ exercere boues/ſtimuloq; fatigas/
Sic immensa tibi ſurgent cerealia dona.
Semina cum terre committis pone ſequatur

C

GEORGICORVM HESIODI

Seruulus/atq; auibus rastro fatala leta recondet,
Optima crede iuuat rerum prudentia cunctos.
Leditur aduerso qui negligit omnia fato.

Si sit pingue solum: grande inclinantur aristæ/
Fœlicesq; operum successus à Iove summo
Hinc capies/neq; sub tectis extendet arachne
Fila/sed immensæ replebunt horrea messes/
Tunc gaude/& cani florentia tempora veris
Letis agas/cum te incassum crudelis ægestas
Aspicit/& parto turget domus/atq; aliena
Rc tibi non opus est/tua pluribus adiumentū,

Fit sterilis tellus medio versata sub æstu.
Hincq; solo residens imas falcabis aristas
Aversos religans culmos/tenuisq; sequetur
Spes vitæ/pauci te mirabuntur/ab agris
Parua sub exiguo referentem farra canistro.
Difficile interdum mutabile noscere tempus/
Mobilis& varia est alti natura tonantis.
At si tardus aras/tardus tibi solus aranti.
Afferet auxilium si largis imbris æther
Tres noctes totidemq; dies non cessat ab alto
Donec replerit validi vestigia tauri.
Tempore q; querna residēsq; sub arbore coccys

LIBER SECUNDVS.

Exululat/gauden^cq^b hominū mortalia corda
Vere sub aprico/sit tardus forsitan eques
Qui tempestiuo diuertis vomere terram/
His intende animū/nec florida tempora veris
Te lateant: glacialis hyems tibi cognita surgat
In qua incubendū est/nec te vīla taberna moret
Aut narrata loco sub aprico fabula tardet.
Dum frigent alij/vir rem tamen impiger auger.
Surge igitur/nec te paupertas opprimat illo
Tempore/dira fames tenues facit esse lacertos/
Elatosq^b pedes/& crura tumentia multo
Sanguine, segnis inops/& spe suspensus inani
Inclinat mentem sceleri/& meditatur iniquos
Vnde pāret victus,hominē spes nutrit egentē
Irrita/cui nihil est/& tota luce vagatur.

Dum media elapsa est æstas:properate ministri
Condite dic casulas/nam semper non erit æstas.
A Ianio mensem dictum caue/nubibus ille
Letalem bobus glaciemq^b & frigora ducit.
Tracius insurgit boreas/& turbine facto
Disturbat maria/ac comas/siluamq^b sonantem:
Alticomas quercus/annosq^b robora pinus
Diruit ex alto/& valles iaculatur ad imas.

C ii

GEORGICORVM HESIODI

Siluanum auditur fragor vndiq;. sed fera duros
Arrigit ipsa pilos/caudamq; in cruribus angit.
Quinetiam quibus est villis densissima pellis.
Perforat ille quidem/ seto saq; pectora transit/
Nec se defendunt dura sub veste iuenci
Et misere algescunt hirsuto crine capelliç.
Vincit quis boream instantem/fultoq; repellit
Tegmine lanarum/ sed non obstitut illi
A senibus/ curuo facit hos incedere collo.
Nec tamen ad teneram penetrat boreale puellam
Frigus/at illa domi cui nondum nota libido
Matris apud charę gremiu sedet/atq; hyemales
Non sentit glacies/& tota nocte quiescit/
Atq; oleo teneros interdum perluit artus.
Tunc polipo durū est gelidis habitare sub vndis/
Nec videt vnde sibi venetur in æquore predam/
Allenietq; famem/ proprios dum dentesq; in artus
Vertit atrox rabiem immēsam.sic imbris atris
Turbatur mare/sic atra caligine cœlum.
Sol quoq; ad Achiopas radios & lumina fundit/
Rarus apud Graios fugiunt animalia curui
More senis valles imas/& dente trementi
Concaua saxa petunt nemoru tenebrosaq; tecta.

LIBER SECUNDVS.

Tunc quoq; ne noceat hyeme tibi/ protegat artus
Mollis lena tuos/cui texta ex ordine recto
Pauca: sed aduerso ducantur plurima fila/
Sitq; ea crure tenus/vetat hec per corpora fetas
Surgere/& instanti prohibet durescere vento.
Tegmina sint pedibus taurorū e pelle cothurnis
Ne nocethos inflare pills. vt frigora vincas
Hedorum teneras neruo bouis insue pelles
Ac dorso suspende. tegant capita alta galeri
Ne madeant aures borea spirante cauendum est
Frigoribus. tunc ros coelo diffusus ab alto
Intus alit Cererem sacros operumq; labores/
Ille quidem vi ventorū e fluuialibus vndis
Tollitur in sublime/& matutinus in agros
Desilit/interdumq; expectat tempora noctis.
Interdum borea nubes agitante procellas
Vertitur in ventosam hyemē/fuge prouidus illā/
Acceleretur opus/pete tecta obstantia ventis
Ne forte obscurō nebularum infusus amictu.
Immadeas/largosq; imbres pluat humida vestis
Pascha tunc carpanit/q; quis non pingua/tauri/
Quippe arbor leuis/& longa sub nocte quiescunt/
Nutrimentū ingens/vobis vberrima mando

C iij

GEORGICORVM RESIODI

Agricole/faciliq; dies transire labore.

Hec seruanda tibi donec nox equa diebus

Atq; iterum satio committit semina terrę/

At dum sex decies sol arduus occidit vndis

Hibernū post solsticium/sacrofç; relinquens

Oceani fluctus/sublimi arcturus olympos

Exoritur/primum cupit splendescere sydus;

Tunc vires incide/noui necq; nuntia veris

Antiquos iterans questus precedat hyrundo.

Dum tamen immensos effundit pleyas æstus;

Prosilienfç; umbrosa petit plantaria lymax

Tellure sicca/tunc vinea nulla ligonem

Sentiat/accelerent vincata falce ministri

Maturā in segetē/nec te pulcherrima tempe

Detineant segnem/matutiniq; sopores;

Eya age rumpē moras/pelle otia segnia/pelle

Dum vocat alma Ceres/robustaq; collige farra.

Pone domi toto quantū tibi sufficit anno/

Mane operi assurgens/operis pars tertia mane

Conficit/labor haud grauis est.de mane viator

Longum linquit iter/taurofç; exercet arator.

Preterea sua dum stolimus florentia mittit;

Germina& in ramis dulces resonare cicada.

LIBER SECUNDVS.

Sole sub ardenti incipiunt trepidantibus alis/
Fit capra tunc mollis/tunc sunt dulcissima vina/
Feminaq; vrenti Veneris prurigine corpus
Appetit infanos coitus/lassantur ab astu
Membra virum/tantumq; potest vis ignea solis/
Tunc licet ardores gelida relcuare sub umbra
Fontis ad apricos latices/semperq; fluentis
Murmur aquæ/faciles quā circum leniter aure
Aspirant Zephiris plerunq; agitantibus illas.
Hic hilares letus cyatos/& pocula sume
Rubrina:ter infusa magis que temperet vrida.
Hic tibi ab uberibus caprarum caseus adfert
Quæ nullos pascant fetus/hic lactea liba/
Hic tibi siluestris ponatur caro susenç
Quæ nondum enixa est,hic mollior hedulus adsic
Et iaceas saturus patula sub tegminis umbra.
Surget autem cœlo cū fulget orionis astrum/
Tempus adfert/Cereris sacrasterat arca fruges
Ad ventos posita/ateq; ingenti equata cylindro,
Nec nisi libate dicantur ad horrea messes.
Postq; aut satis ad vi:sum tibi contulit se:stas:
Continuo/cui nulla demus sit/quere ministrum/
Addit etiam ancillam que sit sine prole/molestu est

GEORGICORVM HESIODI

Et graue seruitū illius quam cura remordet
Natorum blandire cani / panemq; ministra.
Peruigil ante fores sedet ille / domumq; tuetur
Dente rapax / furiq; altis latratibus instat.

His propere exactis / fœnum paleasq; reconde
Hemiones quantū satis ac nutrire iuuenos.
Inde laboranti requies prebenda colono,
Tempus & exhaustis pariter iuga demere tauris.

Dum tamen in media cœli statione refulget
Syrius / oryong; loco splendescit eodem /
Et rosea arcturi cernit pallantias astrum /
Tunc vuas tenero abscindens de corpore matrum
Per bisquinq; dies tenero sub sole iacentes
Pande / dies etiam molli stent quinq; sub umbra /
Dehinc torque / capiant vegetes iucunda lycei
Munera / sed sydus cum deficit orionis /
Pleyadesq; / hyadesq; cadunt / meminisse iunabit
Protinus impresso subvertere vomerq; terram.
Stat tempestiuo cuncta exercere labore.

Si tamen infestum iuuat ire per æquor / & alta
Pappe vehi / moneo ne / quando ab atlantide natas
Oryon insequitur / totoq; excludit olympos
Vi vides illas medio submergere ponte /

LIBER. SECUNDVS.

Nauigio incubas. mare tunc tollentibus euris
Obscurum/vndo fosi aculatur ad æthera fluctus;
Tunc igitur iaceant religate ad littora puppes.
Saxorum obnixe obijcibus/nec forte ruentes
Discutiant venti/pateat pars imacaring;
Ne pluviam excipiens putri marcescat ab imbre;
Instrumenta dominaliaqe arma quiescant
Pens^a gubernandiqe explore retrobora fumus.
Interea Cereris sacros operare labores/
Nec prorsus fugiendus ager. labatur in altum.
Aequor amica ratis dum nō magis vnda tumescit
Nec refluxunt vasto sublati gurgite montes/
Vadat onusta tamen censu redditura superbo.

Hic meus ille quidē genitor dum pauper egeret:
Errabat/maria alta secans: fluctusqe profundos.
Ille olim zoliam Cumam/atqe ea littora linquēt
Appulit huc/non spe lucit cōmotus auara/
Durum opus exercere inuisa vrgebat ægestas.
Ille vagus demutus prope tempe Heliconia sedem
Ascream incoluit/coeli in regione molesta/
Frigore nunc nimio/nunc intollerabilis æstu.

Tempore quoqe suo iuuat exercere labores.
Nauigium ante omnes/cuius si te villa remordet

D

GEORGICORVM HESIODEI

Cuta/placetq; altos sulcare per æquora fluctus.
Dum faciles spirant venti/& furor ille quicunq;
(Nete inuisa fames alieno viuere parto
Cogat:& inuitus multorum debitor exitus)
Vade/nec in cymba/sed te vehat ardua puppis.
Ingentes referant census ingentia mercis
Pondera.preterea que sunt aptissima nautis
Tempora narrādū est/quanq; mihi pūa per vndas
Vita fuit/vixq; ex illa tamēn Aulide cursus
Littus ad Eubœū; sub qua omnis grecia quondam
Dum pelago desquit hyems/conuenit in unum:
Et merito infandos fatum iuratur in hostes.
Inde mihi placuit non longe ad Calcida cursus/
Huc vbi magnanimū gen? Amphidamatis achiui
Constituant populis certamina/& indita quondam
Munera defuncti ponunt in honore parentis.
Hic ego me dulcis referentem premia cantus
Aut ratos memini tripodas/quas sponte dicaui
Musarum ante aras quibus antra Heliconia curg/
Ille vbi me primum dulcem docuere poesim.
Tantum igitur mihi res naualis cognita surgit.
Dicam aliquid tamēc/& varios pandam çtheris vſus;
Hec etiam nobis aspirauerē camene.

LIBER SECUNDVS.

Aequora tuta legant instructo remige puppes
Cum decies quinque est series exacta dierum
Aestuum post solstium / & iam deficit æstas /
Nam nec tunc classes medio nec nauita ponto
Obruitur / ni forte velit Iouis alta potestas
Aut deus / ipsarumque parens Neptunus aquarum
Exitus omnis in his rerum manet exitus omnis.
Vt lenes spirant Zephiri / tranquilla quiescunt
Aequora / tunc celerem ventis committe carinam /
Vadat onusta tamen reditum properare membro
Quod prius ipsa nouos fundunt vineta liquores:
Autumnūque imbræ / & hyems infesta procellis /
Aut notus insurgat pluvia rorantibus alis /
Incubatque mari / totumque euoluat ab imo
Exercentque etiam studium nauale sub ipso
Vere novo / cum se tam latas arbor ab alto
Induit in frondes / quantū vestigia cornic
Pandit humo depressa / silet tunc nabilis vnda
Ast ego nauigium graue tunc semperque molestum
Crediderim / hoc naturæ homines levitate nefanda
Subtraxere: agitant diuersa pericula fluctus.
Et tamen ire placet / quamque mors dura sub vndis
Diuitiae sunt vita hominū / atque insapientia habendi

D ij

GEORGICORVM HESIODI

Ardor ad hec animū germane intende partumper
Concipe fratnos monitus/maria alta secando
Faç tecum ne cuncta vehas/maiora reserua.
Nec nimis est oneranda ratis, sit ponderis equi
Quicquid in hac durū est aduerso occurrere fato
Fluctibus in medijs/currus discinditur omnis
Si grauius superinflat onus, fertare memento
Mensuram in rebus/& idonea tempora ad usus.

Cum prope ter decies tibi vita elabitur annos/
Connubium maturū aderit, de dicimusq; puella
Exigat & quartū/fed quanto nubat, & illa
Virgo sit/atq; habitet prope te/cui sedulus adistes/
Sedulus inspicias artemq; usumq; pueriq;
Hec age/ludibrio ne te vicinia cantet.
Coniuge nil melius caesta/nil turpius illa
Que venerē prurit sine fine/& prostat ad omnes/
Semper & exido supereminet illa virorum.

Nemo etiam fratri in amore equetur amicus/
At par si quis erit fit amandus tempore in omni
Nulla ex te incepitum ferdus discordia soluat.
Mentiri scelus est/prestat cōpescere linguam.
Infandam si vim tibi quisq; inferret amicus
Aut ore aut manibus/surge & vlciscere/redde

LIBER SECUNDVS.

Redde vicem duplicem, q̄ si illum p̄coenitet acti
Ac p̄coenam implorans/iterum te exoptat amicū/
Suseipe: vile quidē est hoīes noua querere semper
Fœdera amicitię, multos si frater amabis
Non laudo/nullo setiam/medium sit in isto.

Si tibi corda tument/vultus non indicet iram.

Turpe sequi secleratū hoīem, male dicere cuiq;
Infandum est/qui iam vita laudatur honesta.

Nunq; a te nunq; misera obiurgetur ægestas/
Divinum donum est/divinæ æterna voluntas.
Illa quidem que sepe viri sublime molesta
Impedit ingeniumq; vetat super alta leuari.

Qui loquit̄ parce: linguam nec in omnia soluit;
Thesaurum pre ſe gerit ille/ea gratia magna est:
Vt linguā moderes/pensataq; verba loquaris.

Si quenq; verbo ledes/lederis & ipſe,
Gratia in amicorū vepias cominia sumptu
Comunni/dato particulam/gratiſſima ſunt hec.

Acre Ioui vinum/ſeu dijs de mane cauendū cōſe
Illota libare manu/tum vota precando
Incaſsum fundes nulli exaudita deorum,

Solis ad aspectum nec quenq; mingere fas eſt/
Nocte ſub obscurā recto neq; corpore nudo/
D iñ

GEORGICORVM HESIODI

Nox quia sacra deis/media nec credimus illa
Posse licere via/ni declinetur ab illa/
Esse etiam vetitum diuis/vir & omnia nōscens
Hęrens parietibus sedet atq; exponit vrinam
Intus vbi orbate tenuis latet angulus autē
Nec coitu polluta sacros genitalia pandas
Ante ignes: necq; cum dulci tibi coniuge p̄fster
Concubitu ut gemeres/dum morto a funere tristū
Mente redis/superum saera seu letus ab ara.
Cedimus inuisum superis semperq; molestum
Qui natat assidue labentia flumina curfa
Q̄ m̄ prius ablueritq; manus/p̄ia vota p̄cesq;
Fuderit/ante ipsas supplex orauerit vndas.
Infandū ante aras vngues incidere / cum dñs
Sacra facis. scelus est cyatōs imponere vasi
In quo vira latent/sacros operare lebetes:
Nil tibi cum in sacris etiā hinc lauisse nefandū est
Perfice tecta prius q̄ cornix garrula ab alto
Nuat et atram hyemē/ruit hec inimica procellis
Fac se deat bissex/quibus ætas exigit/annos
Aut totidem mensēs natorum chara propago
Sede sub instabili/iuuat hoc/omnemq; repellit
Segnitiem/facit esse agiles/& ad omnia promptas.

LIBER SECUNDVS.

Fedū & turpe virū est thermis muliebrisbus vni.

Hoc prorsus fagiendū etiā stat talibus atrum.

Suppliū/ante aras superū obiurgare/ nefandū est

Sacra ministeria ac diuinos spernere cultus.

Nec licet in fluaio/neq; fontis mingere in vndā

Est quoq; turpe aliud vetitum . fuge pessima famq;

Nomina, fama malum facile in sublime leuatur/

Est graue sufferri nimiū/nimiumq; molestum/

Difficile ut taceat/nunq; delebitur illa

Sed tā quā varias populi penetrauit ad aures.

Est dea fama quidem/funt ipsi numina famq;

Sit tibi preterea series seruanda dierum.

A Ioue nata oēs/funt a Ioue tempora nata.

Vltima mensis erit nullō exercenda labore/

Hac genio vtendū est/illa omnes festa per vrbes

Ductur/illa forum claudit/neq; iura resoluit.

Prima noctā dies/& quarta/& septima/primā

Natus Apollo die radiantia lumina fudit.

Luce domum quarta fœlix ducendā fit vxor.

Omine captato/funt omnia prospera rebus.

Et licet incuruam trabibus componere nauim.

At quintā fuge/nanq; illarum pallidus orcus

Tum disceuamenidum facies toto orbe vangant/

GEORGICORVM HESIODI

Gastigant: si qua in terris periuria falsum

Affirmant/que lis alterne agitata creavit.

Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortum;

Leta viris/multiq; etiam nascuntur in illa.

Quis mala mens/fallax animus/fallacia verba/

Et qui concubia exercent arcana per artem.

Hac ouium foetus licitum castrare: vel bodos;

Et licet infixa pecudes circumdare mandra.

Scindimus octavo forti genitalia tauru/

Castramusq; fures. Felix est ponere plantas!

Nona/viros gigni/vel amica forte puellas.

Luce viris decima faustos quoq; credim' ortus

Vnaq; post decimam felix incidere vires/

Et tempestiuam segeti supponere falcam.

Hac dicitur bisexta etiam foecitior illa.

Stamina & ex alto tenuissima torquet arachnq;

Iagente m accumulant formice farris acervum;

Et iuvat arguto percurrere pectine telas/

Tunc quoq; silvestres licitum castrare iuvenos.

Tertia post decimam plantaribus optima surgit

Spargere semen humi/pallet contraria semper.

Quartaq; post decimam mulierū prospera natu/

Ac prensos domitare boves: validosq; labori.

LIBER SECUNDVS.

Hemiones/canibus faciles adiungere cultus/

Et lenire manu/pecudicq; imponere mores/

Atq; aperire cados & dultia fundere vina.

Sextaq; post decimā plantaribus in uida surgit;

Opportuna viros nasci/sed iniqua puellas

Aut nasci/aut thalamos petere atq; herere maritis

Septima post decimā Cereris terat ordea sacra;

Ingentemq; licet ferro discindere siluam/

Ac varias aptare trabes/quibus ardua tecta

Moliri/aut structam possis agitare carinam.

Nonaq; post decimam fœlix est cū dea surgit

Lutea; sed medium cœli cum venit in orbem

Fit grauis/ex media ad finem letissima fulget.

Proxima lux sapientē hominē diuina creandi

Insigni viget officio. Nec luce dolendum est

Post illam quartā/leta est ea/leta trahantur

Gaudia. quinta dies post hāc iuga curua iuuēcis.

Ponit;& hemiones/& colla exercet equorum/

Altaq; veliuolas deducit ad aquora puppes/

Et noua componit dulci sua vase lyeo/

Quā pauci nouere & recto nomine dicunt.

Sunt harum humano generis iuanda dierum

Tempora /quippe illud magnis successibus augē

GEORGICORVM HESIODI :

Sunt alie a n c i p i t e s q ; tamen sine mente / neq ; v llo
Offitio excellunt / hanc alter laudat & illam.
At paucis natura illarum cognita surgit /
Nam tunc ipsa dies totum complectitur orbem
More pie matris / s e u c modo more noueret q ;
Nunc fulget / nunc atra latet . f o e l i x q ; b e a t u s .
Ille quidem fertur / que d i j s / cui cognita sunt haec
Omniaq ; inspiciens / rerum s a exerceat ad uisus.

Finit Georgicorum liber Hesiodi

A screi Poetæ antiquissimi: e

grœo i latinū per Nico-

laum de Valle tra-

ductus.

L i p t z c k per I a -
c o b u m Thanner . A m -
n o domini Millelmo quin-
genteſimoduodecimo Imprefus.

